



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-400942-p0001-4

DFG



8734

1768,8.

S P E C I M E N

C O N T I N E N S

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M

A N

V I N D I C A T I O R E I

A F I C T O P O S S E S S O R E

T O L L A T V I N D I C A T I O N E M A V E R O

P O S S E S S O R E

Q V O D

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A

P R A E S I D E

D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G

P R O F E S S O R. I V R. N A T. E T G E N T. P U B L I C. O R D I N.

E T S O C I E T A T. L I T E R. D V I S B V R G.

S O C I O

D I E X X V I I. A P R I L I S A N N O C I C I O C C L X V I I I.

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

P U B L I C E D E F E N D E T

C H R I S T I A N V S T R A V G O T T  
E N G E L M A N N

L O E B A V. L V S A T.

---

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A.

SPECIMEN  
CONTINUUS  
CIVILIS INSTITUTIONES  
AN  
INDICATIO REI  
A FICTO POSSESSORI  
TOTAT INDICATIONEM AERIO  
POSSESSORI  
DICO  
ILLUSTRA IUDICIA ORDINIS GRATIA  
PRAECEPTE  
D CHRISTIANO HERB TREMING  
POSSESSORI IURIS ET DIGNITATIS PRAECEPTE  
ET TERRITORIUM SUE TERRAM  
SOLI  
DIE XXVII APRILIS ANNO MDCCLXVII  
IN AUDITIONE PETITIONIS  
CHRISTIANVS TARTAGOTT  
ENGELMANN  
GARVIA  
LITERA  
TERRAM SUE TERRAM



AN  
VINDICATIO REI  
A FICTO POSSESSORE  
TOLLAT VINDICATIONEM A VERO  
POSSESSORE.

---

§. I.

Doli causam inuidiosam fuisse romanis  
imo interdum infamem, ii, qui quo-  
dammodo degustarunt ciuiles Roma-  
norum leges primis tantum labris probe norunt.  
Nam vel illa ex doli capite a Praetore data restitu-

A 2  
tio



tio in integrum, actiones directae tutelae, mandatae.  
ex dolo infamantes, trecentaque alia probant.  
Maxime vero ad hanc tractationem pertinet *Rei vindicatio* contra eum, qui *dolo possidere desit*. Hanc  
tantum nobis sumamus, deque hac actione breuissime  
me quaedam dicamus, cum vera vindicatione com-  
parabimus, tandem an una alteram tollat vi-  
deamus.

### §. II.

*Ex dominio vindicatio oriebatur, quam de-*  
*scripsit GUNDLINGIUS in Diff. de Rei Vindica-*  
*tione in Iure Romano. Domino dabatur, atque Prae-*  
*tor Edicto promittebat, se contra eum daturum actio-*  
*nem, qui possideret. Recte ergo et ante omnia vi-*  
*dendum erat, an quis possideat rem, quam alter*  
*vindicaturus erat. Hinc VLPIANVS in L. 9. π.*  
*de R. V. expresse ait: Officium autem iudicis in hac*  
*actione in hoc erit, ut iudex inspiciat, an reus possi-*  
*deat. Contra eum vero, qui non possidebat,*  
*haec actio dari non poterat, cum in rem concepta*  
*esset ea actio. Hinc simulac is, qui rem, quae vin-*  
*dicanda erat, bona fide alienauerat, conueniri hac*  
*actione non poterat, sed contra nouum posseforem*  
*tunc instituenda.*

### §. III.

\* \* \*

§. III.

Iam vero limitanda haec sententia in eo, qui dolo malo desit possidere. Dolo malo vero desit quis rem possidere, qui, cum experiretur se dominum rei haud esse remque alium quem vindicaturum, ea intentione alienat, ne a domino conueniri possit, cuique inde damnum ex alienantis animi proposito fit, ut sua re iam carere debeat. Antiquo iure hanc ignoratam fuisse limitationem, dubitandum non est, nec quidquam interfuit, an bona fide quis desierit possidere, an vero dolo effecerit, quo minus possideat, neuter conueniri poterat, ob formulam actionis, quae in rem eiusque possessorem concepta. Contra hunc vero, qui dolo malo desierat possidere, postea vindicatio data est, quod ex GAIO in L. 36. π. de R. V. patet: *Qui peritiorio iudicio vtitur, ne frustra experiatur, requirere debet, an is, cum quo instituat actionem possessor sit, vel DOLO DESIIT POSSIDERE.* Quo iure haec vindicatio ad eum extensa sit, qui dolo possidere desierat, videndum. Ex Praetoris Edicto eam non esse, sed potius extensuiae iurisprudentiae et disputationi fori origines debere suadet PAVLVS in L. 27. § 3 π eod. ait: *Sed et is, qui ante litem contestatam dolo desit rem possidere, tenetur in rem actione idque ex SCto colligi potest, quo cautum est, ut diximus, ut dolus praeteritus in hereditate*

A 3

redita-



reditatis p̄titionem veniat. Cum enim in hereditatis petitione, quae et ipsa in rem est, dolus praeteritus feratur; non est absurdum, PER CONSEQUENTIAS, et in speciali in rem actione dolum praeteritum deduci,

§. V.

Haec vero vindicatio, quae contra eum, qui dolo desit possidere diuersae est naturae a vera rei vindicatione. Sicuti enim haec ad rem ipsam recuperandam instituebatur, ita illa ad eam recuperandam, cum reus rem non possideret, institui non poterat, sed ad consequendum id, quantum iurauerit aduersarius in item sine ulla taxatione in infinitum, ut putat **V L P I A N V S** in **L. 68. n. de R. V.** Fictio illa quidem eum adhuc possidere, qui desierat dolo malo, efficiebat, ut formula vindicaturus vti posset rei vindicationis, sed cum alter exciperet se non possidere, actor contra replicaret, dolo desuisse eum possidere, in tantum condemnandus, in quantum alter in item iuraverat. Haec vero condemnatio mera dolii poena erat, quod in mente videtur habuisse **P A V L V S** in **L. 69. eod. Is.**, qui dolo fecit, quo minus possideret; hoc **Q V O Q V E P V N I T V R**, quod actor cauere ei non debeat. caet. Particula *Quoque* denotat aliam poenam inferri condamnato, quae est ipsa condemnatio prin-

\* \* \*

principalis. Hinc ipsi heredes illius, qui desit dolo possidere, conueniri haud poterunt; quare et **IVLIANVS** in **L.** 52. eod. expresse decidit: *Cum autem, inquit, fundi possessor ante litem contestatam dolo malo fundum possidere desit: heredes eius in rem quidem actionem suscipere cogendi non sunt; sed in factum actio aduersus eos reddi debet, per quam restituere cogantur, quanto locupletes ex ea re facti fuerunt.*

§. VI.

Iam fac hac poenali actione per vindicationis formulam conuentum fuisse eum, qui desierat dolo possidere, subnata est quaestio, si dein contingat, ut dominus ille rem suam deprehendat apud alium, qui verus possessor, an nihilominus ipsam rem ab eo instituta vindicatione consequi possit, an vero repellit possit ab reo, quod iam rei aestimationem consecutus fuerit. Recte adfirmandum videtur, non obstante hoc, quod iam dominus rei vindicatione contra fictum possessorem usus fuerit, vera adhuc experiri posse contra verum rei possessorem. Nam in illa actione contra fictum possessorem non consequebatur rem ipsam, sed loco poenae ob admissum dolum, quantum in litem iurauerat actor. Hac vero actione suum adhuc consequi poterat, cuius dominium nondum amiserat. Dein argumento ducto ab alia specie fictae posses-



possessionis, quae est in eo qui se liti obtulit probari potest, saluam esse domino adhuc vindicationem veram ad ipsam rem consequendam. Nam scribit **P A V L V S** in *L. 7. π. de R. V.* *Si is, qui obtulit se fundi vindicationi, damnatus est: nihilominus a possessione recte petitur, sicut Pedius ait.*

### §. VII.

Neque argumentum, quod in contrarium sententiam adducunt ex **GAIO** in *L. 57. π. de Reg. Iur. Bonā fides non patitur, ut bis idem exigat*, nostrae sententiae contrarium esse potest. Is enim, qui actione aliquo dolosum hominem coeret, post rem suam vindicat, haud quamquam idem bis exigit. Vtraeque enim actiones contra fictum et verum possessorem ad plane diuersa tendunt. In vtraque ergo actione diuersa res est, quae petitur, dein contra diuersas plane personas instituitur, et tandem ex diuersis plane causis ipsa fit petitio. Hinc vna alteram nequit tollere.

T A N T V M .



**ULB Halle**  
005 880 491

3



ND18





Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

Farbkarte #13

B.I.G.



1768,8.  
CIMEN  
NTINENS  
CONTROVERSVM  
AN  
ATIO REI  
POSSESSORE  
CATIONEM A VERO  
SESSORE  
V O D  
RVM ORDINIS GRATIA  
E S I D E  
HENR. BREVNING  
ET GENT. PVBLIC. ORDIN.  
LITER. DVISBVRG.  
OCIO  
S ANNO CICIDCCCLXVIII.  
ORIO PETRINO  
E DEFENDET  
VS TRAVGOTT  
ELMANN  
AV. LVSAT.  
S I A E  
A LANGENHEMIA.